

Christo : quia sicut Adam datus fuit Doctor humani generis, multo magis Christus.

Confirmatur secundo. Melius est animæ Christi habere scientias acquisitas actum, quam in potentia; quia melius est simpliciter esse in actu, quam in potentia: sed Christo tribuendum est id, quod est melius, & optimum; ergo habuit actu omnes scientias ab instanti sue conceptionis, etiam acquisitas.

XVI. Respondeo, animam Christi fuisse perfectam secundum omnes sui potentias, servato tamen modo conaturali talium potentiarum. Modus autem conaturalis intellectus respectu scientiæ acquisitæ, est, illam vi sua fidei comparare per inventionem, non ab alio accipere: atque multo perfectius est, scientiam acquisitam habere per inventionem, quam per infusionem. Unde, ne hæc perfectio defuisset animæ Christi, conveniens fuit, ut non statim ab initio scientias acquisibiles haberet: quærenti carentia compensatur per hanc majorem perfectionem habendi illas, vi proprii intellectus.

Neque sequitur, pro eo tempore, quo illis caruit, fuisse in Christo ignorantiam. Nam, præterquam quod esto, ea non fecerit modo scientiæ acquisitæ; ea tamen sciebat aliori modo per scientiam beatam, & infusam: ad summum sequitur, in eo pro aliquo tempore fuisse non scientem negativam, id est, non ea fuisse quantum ad aliquam modum ipsi non debuit, nec ipsi pro eo tempore congruentem.

XVII. Ad primam Confirmationem respondeo primo, ex nuper dictis, Admum daturum fuisse Doctorem toti generi humano quoad naturalia: ideoque oportuit, ut ab initio haberet omnes scientias naturales, sicut ab initio habuit perfectam corporis dispositionem, & quantitatem. Sed Christus datus fuit Doctor non scientiarum naturalium, sed Mysteriorum gratiæ; & ideo oportuit quidem, ut horum haberet statim cognitionem; per scientiam infusam; non tamen scientiam acquisitam nem naturalium statim, sicut neque perfectam corporis quantitatem.

Respondeo secundo, Adamum fuisse statim productum in ætate adulta, & ita latu, quo uti poterat scientia acquisita: ideoque ut statim docere posset homines; deinde non expectari, ut illam acquireret, sed statim infundi. At Christus non statim, sed conceptus fuit, evasit perfectus homo, sed ab infantia ad pueritiam, a pueritia ad adolescentiam pervenit: unde fuit in ætate propositi, ita in cognitione humana per sensibilia decessit, ut procederet. Præterquamquod si Christo statim a conceptione infusa fuit scientia per se acquisibilibus: vel ea usus fuisset ab infantia, vel non: Si non: ergo frustra, & otiose ponitur hæc scientia in exordio conceptionis; cum non fuerit habitura actum, nisi in ætate adulta. Si sic: in primis est falsum. Organa enim infantilia adhuc indispota sunt, & inepta ad ministrandum intellectui agentis specles. Oportebit ergo, ad hoc sustinendum, sibi fingere novum miraculum, quo organa sensuum, & præcipue phantasia, ex sua natura in illa ætate indispota, reddita fuerint habilia ad operandum; & sic, quod scientia illa acquisita miraculose usque fuerit.

Neque valet dicere, puero clauso in utero matris concedi intellectum, & alias potentias etiam sensitivas, est pro tunc illis non utitur. Nam disparitas est: quia intellectus, & ceteræ potentie sunt proprietates sequentes naturam, & quasi complementum generationis; ideoque debent in omni statu convenire. At scientia acquisita non est proprietas animæ, sed potius perfectio ex natura sua successu temporis acquisibilibus.

XVIII. Ad secundam Confirmationem dico, melius esse animæ Christi habere scientias acquisitas actum, pro eo tempore, quo ipsi talis actus debuit; tunc autem melius est illi talem actum habere, proprio motu sibi active acquisitum, quam ab exteriori fonte acceptum. Christo autem scientia acquisita non debuitur pro statu infantie. Cum autem adultus fuit, melius illi fuit, ut eam actum haberet a se, & ex propriis, quam ab exteriori. Unde actus melior est potentia, quando cetera sunt paria.

XIX. Obijcies secundo, Christo in sua conceptione fuerunt infuse omnes virtutes morales, ex suo genere acquisibiles; ne careret ea perfectione; ergo etiam omnes virtutes intellectuales, ex suo genere acquisibiles, ne careret illa perfectione: cum virtutes intellectuales præstantiores sint simpliciter virtutibus moralibus, ut docet S. Thomas, I. 2. qu. 66. art. 3.

Confirmatur. In utriusque virtutis, tam moralis, quam intellectuales acquisitione movet se, qui eam acquirit; ergo si dicimus, Christum suis actibus acquisivisse virtutes intellectuales, ut se moveat ad illarum acquisitionem; idem debet dici de virtutibus moralibus: cum ergo hoc non dicatur, neque dici debet de virtutibus intellectuales.

XX. Respondeo primo, neg. ant. Non desunt enim ex Naturis celebres viri, qui sentiant, virtutes morales, per se acquisibiles, non fuisse per accidens infusas Christo; sed ab illo proprio actibus acquisitas: vel in primo instanti sue conceptionis, ut volunt aliqui; vel, ut volunt alii, decessu temporis eas comparasse. Quæ sententia non videtur dissona a S. Thomâ qui, 3. par. qu. 19. art. 3. generaliter docet, quod habere aliquod donum per se, est nobilissimum, quam habere illud per aliud: nisi aliunde aliquod inconveniens vitandum exigat oppositum. Quæ ratio militare potest etiam de virtutibus moralibus, abque ullo inconvenienti. Quod enim Christus aliquo tempore careret hisce virtutibus, hæc carentia non fuit privativa, seu perfectio, quæ esset illi conaturaliter debita pro illo tempore, quo ei careret: sed mere negativa, eo modo, quo dicimus de scientiis per se acquisibilibus. Et etiam quia ejusmodi virtutes non ponuntur in Christo, ut illum

simpliciter redissent, ejusque potentias moderarentur; nec enim jam habebat a gratia unionis, & gratia habituali, nec non a virtutibus infusis: sed ut conaturali modo redissent. Cum autem conaturalis modus harum virtutum exigat, ut reditus earum successe acquiratur; sequitur, nullam privationem reditudinis fuisse in Christo pro tempore, quo eis caruit. Quæ doctrina applicanda est scientiis acquisitis.

XXI. Respondeo secundo, conc. ant. neg. consequ. Quamvis enim virtutes intellectuales simpliciter, seu in ratione specificæ nobiliores sint; ut docet tamen I. 2. qu. 66. art. 4. in ratione virtutis, morales præstantiores: ideoque simpliciter virtutes dicuntur, qui faciunt subiectum, in quo sunt, magis bonum, ab initio habere omnem modum reditudinis physice, sed decessit eam acquirere; nec enim ei ab initio debebatur, sed potius ab eo successe acquirere: ne intellectus agens omni suo acta careret, ac in eo otiosus esset, ac frustratus.

XXII. Ad Confirmationem dico, majus bonum fuisse Christo reditum omni modo, quo reditio illi erat moraliter, quam eo pro aliquo tempore carere, ut reditum illam fuisse actibus acquireret, propter dicta. Non tamen fuit majus bonum, ab initio habere omnem modum reditudinis physice, sed decessit eam acquirere; nec enim ei ab initio debebatur, sed potius ab eo successe acquirere: ne intellectus agens omni suo acta careret, ac in eo otiosus esset, ac frustratus.

XXIII. Dico, ideo negatur, Christum meruisse suam beatitudinem; quia licet sit aliqua perfectio habere beatitudinem ex meritis, multo tamen major est imperfectio carentia illius, ut ostendit S. Thomas, 2. par. qu. 9. art. 2. ergo a pari.

XXIV. Respondeo, neg. consequ. Ut enim docet S. Thom. loco citato, Christus est datus, ut perduceret homines ad beatitudinem, unde statim eam debuit in se habere: non tamen est datus, ut ad rem naturalium cognitionem homines perduceret, unde eam non debuit habere statim. Deinde, dicitur visionis carentia non poterat alia majori perfectione supplere: at carentia scientiæ acquisitæ per breve tempus supplere est alius perfectioribus scientiis, nempe, hæc, & infusa, quæ in Christo fuerunt ab instanti sue conceptionis. Unde abque dispendio perfectionis ea carere poterat, & secundum conaturalitatem naturæ eam successe acquirere; & sic ut successe acquirere augmentum quantitatis, & virtutum corporis.

XXV. Sed inflabit. Licet in Christo permitti possit aliqua carentia perfectionis corporalis, sed finem redemptionis, & ex vi tamen unionis cum Verbo ita debetur ei omnis perfectio partis intellectuales, ut nunquam illa careret: cum hoc ad finem redemptionis non conducit.

XXVI. Respondeo, neg. ant. Ad perfectionem enim, & dignitatem persone assumptis pertinet quidem, ut natura assumpserit omni ex parte sit perfecta, perfectione supernaturali, & naturali etiam, que pro singulis temporibus, & ætatibus est debita: scientia vero per se acquisibilibus, non est perfectio debita naturæ assumptæ, pro instanti sue conceptionis. Et licet non conducit ad finem redemptionis eam habere successe acquirere: attamen eam sic habere, erat habere conaturali modo per operationem intellectus agentis, ne esset otiosus, in eo obstat dignitati Verbi, sed veritatem humanæ nature in statu viæ confirmabat. Unde Sanctus Thomas, 3. par. qu. 19. art. 2. dicit, talem habitum in Christo augeri potuisse: *Et hoc fuit, quod intellectus agens pro primis speciebus intelligibilibus abstractis a phantasmatibus, poterat etiam aliter, & aliter abstrahere.*

XXVII. Obijcies tertio. Ex jam admittis, in Christo fuerunt ab initio infuse omnes virtutes morales ordinis naturalis; ergo fuit illi infusa prudentia, que omniam virtutum directrix, & quasi auriga est. Atqui cognitio perfectæ prudentiæ, utpote præctica, supponit perfectam cognitionem speculativam, non solum primorum principiorum, sed etiam universalem conclusionum, a quibus iudicium prudentiæ in omnibus eventibus pendit, ergo habuit ab initio scientiam horum, & consequenter etiam omnium: cum una nequeat perfecte haberi sine cæteris.

Confirm. Christus ab initio habuit usum rationis, nedum in superioribus, sed etiam in naturalibus; ergo ad talem usum fuit perfecte dispositus per scientias naturales.

XXVIII. Respondeo aliqui, Christum habuisse ab initio prudentiam naturalem et infusam, sumptam pro habilitate, ac præstantiendi, species vero ad usum illius requiritas propriis actibus comparasse; ideoque non statim usum illius habuisse. Sicut notis indita est a natura promptissimum, & facilis ad iudicandum de primis principis; quamvis actualis iudicium illorum non possimus habere, nisi per species acquisitas.

Verum stando in dictis, concedo ant. & consil. & ad minus sumptam dico, in Christo fuisse scientiam de conclusionibus, que illi debita erat pro singulis temporibus, & ætatibus; ideoque ab initio habuit cognitionem speculativam, per scientiam per se infusam; per acquisitionem vero non habuit ab initio, sed per species abstractas, & scientiam experimentalem, quam in dies agebat, ut diximus ex S. Thom. 3. par. qu. 12. art. 2.

XXIX. Ad Confirmationem etiam respondeo, Christum habuisse ab initio usum rationis per scientiam beatam, & infusam, non vero per acquisitionem: quia hujus actus per se dependet a

QUESTIO II

De Objecto Scientiæ Animæ Christi.

speciebus acquisitis, quas instanti conceptionis non habuit, sed progressu ætatis comparavit.

XXX. Obijcies quarto. Scientia acquisita in Christo debuit esse excellentissima; ergo debuit esse illi per accidens infusa: alias si illam acquisivisset, cum Christus studium non vacaverit, & paucarum rerum experientiam habuisset, scientiam valde imperfectam habuisset.

XXXI. Hæc obijctio petit, ut explicemus, quomodo Christus scientias naturales acquisierit. Duplex ergo est modus (ex S. Thom. 3. par. qu. 9. art. 4. ad 1. ut supra indicavimus) acquirendi scientiam. Unus, per inventionem, quatenus ab experimento aliquorum aliquid in multorum notitiam venit: quo pacto antiqui Philosophi scientias comparaverunt. Qui modus est excellentior, quia nobilissimum est acquirere scientiam per seipsum, quam ex discipulis acquirere scientiam, eam audiendo a Magistro, vel libris studendo.

Christum ergo scientias non acquisivisse, eas addendo sive ab homine vive, ab Angelis, certum est. Non ab homine. Quia ut docet S. Thomas infra, qu. 12. art. 3. *In quolibet genere id, quod est primum movens, non movetur secundum illam speciem motus: sicut primum alterans non alteratur: Christus autem constitutus est a Deo Caput Ecclesiæ, qui immo omnium hominum; ut non solum omnes per ipsum gratiam acciperent; sed etiam ut omnes ab eo doctrinam veritatis recipere. Unde ipse dicit, Joann. 18. ver. 37. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Et ideo non fuit conveniens ejus dignitati, ut a quocumque homine doceretur.*

Quod si Christus, Luca 2. inventus fuit interrogans eos (Doctores) interrogabat: (ait Origenes apud S. Thomam ibi ad 1.) non ut aliqui addideret, sed ut interrogans erudiret: ex uno quippe doctrinam suam manas & interrogare, & respondere sapienter. Unde & ibidem in Evangelio sequitur: *Et stupor erat omnes, qui eum audiebant, super præsentiam, & responsionem ejus.*

Est autem concedamus, Christum accepisse scientiam a sensibilibus; negamus tamen eum accepisse scientiam ab hominibus. Quia, ut ait Sanctus Thomas ibi, ad 2. accipere scientiam a sensibilibus, est illam accipere ab eis, ut a signis, quibus Deus manifestat suam sapientiam. Unde sensibilia sunt quasi voces, quibus Deus loquitur nobis: & sic instruitur est doceri a Deo, quod Christum non dedecet.

XXXII. Nec etiam ab Angelis Christus suam doctrinam accepit. Quia, ut docet idem S. Thom. art. 4. anima Christi, quia humana, & media inter spirituales substantias, & res corporales, duobus modis nata erat perfecti: vel a sensibilibus, secundum scientiam experimentalem, ad quam non requiritur lumen angelicum, sed lumen intellectus agentis.

Vel ex impressione a causa superiori, secundum scientiam infusam, quam immediate adepta est a Deo: *Sicut enim anima illa supra communem modum creatura unita est in Verbo in unitate personæ; ita supra communem modum hominum immerditur ab ipso Deo Verbo repleta est scientia: non autem mediis virtutibus Angelis, qui etiam ex infusione Verbi rerum scientiam in sui principio accipiunt; sicut in 2. super Genesim, ad litteram, cap. 2. Augustinus dicit.*

Hinc illa confortatio Angeli, de qua Lucas, cap. 22. *Non fuit per modum infractionis, sed ad demonstrandam proprietatem humanæ nature. Unde Beda dicit super Lucam, cap. 22. In documento utriusque nature, & Angeli ei ministrabat, & eum confortabat dicuntur. Creator enim creaturæ suæ non eguit præsidio: sed homo factus, sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur. Ut scilicet in nobis fieri incarnationis ejus confirmetur. Hæc S. Thom. ibi, ad 2.*

Hinc patet licet corpus Christi, quia passibile, subiectum foret impressioni corporum celestium; anima tamen eius, quia a Deo erat repleta scientiis, & gratia; non fuit subiecta impressioni celestium spirituum. Ita ex Sancto Thomâ ad 3.

XXXIII. Nunc ad objectionem ab initio propositam dico, & disciplina, sed per inventionem: unde dicitur, quod proficiebat scientia, & ætate. Etas autem oportune requiritur ad hoc, ut homo acquirat scientiam per inventionem: & ita Christus non statim, sed procedente etate scientiam experimentalem acquisierat. Cumque ex ingenio sui perfectissimo acuminis ex paucorum experimento propria inventionem ad multorum notitiam deveniret; ideo perfectissimam scientiam super omnes homines assecutus fuisse, credendum est.

Nomine autem scientiæ acquisitæ in Christo intelligimus quancumque scientiam, sive speculativam, sive præctiam; immo etiam artem mechanicam; cum hæc etiam virtus intellectuales sit, & pertinet ad absolutam perfectionem intellectus; unde S. Thomas, 3. par. qu. 13. art. 1. ad 3. ponit in Christo scientiam omnium facultatum: earum tamen usum non habuit, nisi forte artis fabrilis; cuius usum affirmant aliqui eum habuisse, moti ab illo, Marci 6. ver. 3. *Nonne hic est faber?* Hæc verum est, ait Sanctus Thomas, 3. par. qu. 12. art. 1. quod *Sicut per scientiam indicam scivisse animam Christi omnia ista, ad quæ intellectus possibilis est quocumque modo in potentia; ita per scientiam acquisitam scivisse omnia ista, quæ possunt fieri per actionem intellectus agentis. Sed pro horum notitia sit.*

Stabilita in anima Christi scientia beata, infusa, & acquisita, videndum superest, quid hæc triplex scientia cognoverit: quod præsentem questionem præstabitur. At quia scientia acquisita satis apparet ex dictis; ideo de scientia beata, & infusa præcipuus fermo erit.

DUBIUM I.

De Anima Christi per Scientiam beatam comprehendendi Dicoynam Essentiam?

S. I.

Aliquibus notatis ponitur resolutio?

I. Comprehendere aliquod objectum, illud cognoscendo, dupliciter fit: seu comprehensio dupliciter dicitur, ex D. Thomâ 1. par. qu. 12. art. 7. ad 1. Uno modo, prout idem est, ac rei sensus, seu affectus. Sicut enim cum aliquem, quem insequeretur jam affectum sumus, & tenemus, illud comprehendere, id est, tenere dicimus, juxta illud Cantic. 3. ver. 4. *Tenit enim, nec dimittam;* ita homo, qui hic insequitur Deum per spem, dum in Patria illum jam videt, ac eo fruitur, Deum comprehendere, seu tenere dicitur. Quo sensu dicebat Paulus 1. Corinth. 9. 23. *Sic curvite, ut comprehendatis.* Et ad Philipp. 3. ver. 12. *sequor autem, sicut modo comprehendam.* Et hoc modo animam Christi, & quancumque Beatum comprehendere, id est, tenere Deum certum est. Comprehensio enim hoc modo *Est una de virtutibus animæ, quæ respondet spei, sicut visio filii, & scivisse charitatis. Non enim quod nos omnes quod videtur, jam tenemus, vel habetis; quia videtur interdum distantia, vel quæ non sunt in possessione nostra. Neque iterum omnibus, quæ habemus, fruimur; sed quia non desideramus in eis: vel quia non sunt ultimis suis desiderii nostri, ut desiderium nostrum impleant, & quietent. Sed hæc eria habent Beati in Deo: quia & videns ipsam, & videns, tenet sibi præsentem, in possessionem habentes semper cum videtur; & tenentes fruuntur sicut ultimo suo desiderio impleantur.* Ita S. Thom. citatus.

II. Alio modo. Sumitur comprehensio magis strictè, secundum quod aliquid sit in comprehendente includitur, ut nil ejus extra comprehendentem sit: sicut aqua dicitur comprehendendi a vase, quia sic totaliter in vase includitur, ut nihil aque sit extra vas. Unde cognitio comprehensiva hoc modo definitur a S. Thomâ, loco citato in Corp. quod sit cognitio, qua objectum tantum cognoscitur, quantum est cognoscibile, seu quantum petit cognosci. Et ab Augustino (Lib. de videndo Deo, Epistola 112. modo 147. ad Paulinum cap. 9.) *Tantum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil ejus lateat videntem, aut cujus sint circumspiciendi passant. Id est, hic introspicitur, ut videatur in illo non solum omnia, quæ sunt in ipso formaliter, sed quæ etiam virtualiter: seu omnia, ad quæ se extendere potest. Et hæc est comprehensio, quæ quæ loquimur. Hoc modo Deum comprehendendi postea a Beatis negavimus, Tom. 1. in 1. par. Qu. 5. de Objecto Vis. Beatifica, Dub. 1. Nunc de anima Christi brevi stylo hoc idem queremus remittentes Studiosum ad ea, quæ citato loco diximus.*

III. Quoad animam Christi fuit error Augustini de Roma, Archiep. Nazarenæ, ex ordine Eremitarum, qui ut referunt in Concilio Basiliensi, Sess. 22. inter alia assererat, animam Christi videre Deum tam clare, & intense, quantum clare, & intense Deus videt se ipsum. Cujus error ex altero nascebatur, quo putabat se quod in Christo natura assumpta sit realiter idem cum persona assumente. Qui error in eodem Concilio dimotus fuit, Sessione citata, anno 1433. esto autem Concilium Basiliense, quoad ea, quæ non fuerunt a Summis Pontificibus approbata, nullius auctoritatis sit, quoad sententias tamen, præsertim illas, cum quis ante Concilii translationem factas, tum ratione materia, approbatur ab Eugenio IV. & Nicolao V. ejus Successores censendum est. Quare

IV. Dico. Anima Christi nec comprehendit, nec comprehendere potest, aut potuit Deum; seu divinam essentiam. Probatur ratione S. Thom. 3. par. qu. 10. art. 1. hoc modo: *Sic scilicet est visio naturarum in persona Christi, quod tamen proprietas utriusque nature inconfusa permansit: ita scilicet, quod incrementum manserit incrementum, & creatum manserit infra limites creaturæ, sicut Damascenus dicit, Orthod. fidei cap. 3. & 4. Atqui est impossibile, quod aliqua creatura comprehendat divinam essentiam, sicut in prima parte (qu. 12. art. 4. & 7.) dictum est; ergo dicendum, quod anima Christi nullo modo comprehendit divinam essentiam. In confirmationem præfate rationis recolegit sunt, quæ diximus, Tom. 1. in 1. par. loco citato: superfluum enim esset ea repetere.*

V. Ex his inferunt: Animam Christi nec cognovisse, nec cognoscere potuisse in Verbo omnes creaturas possibilis in Verbo contentas. Et ratio est. Quia, ut diximus Tom. 1. in 1. par. citato, Dub. 2. §. 2. ex cognitione omnium possibilium in Verbo, & ex vi cognitionis divinæ essentie, argueretur comprehensio Dei: quia tali cognitione argueretur, divinam essentiam esse intime penetrantem, & totiter pervasam, tum quoad apparentiam, tum quoad latentiam in ipsa: ita ut nihil divinæ essentie, sive de apparentibus, sive de latentibus, & quasi in ipsa imbibitis, & quasi clausis lateret cognoscen-

essentia, debet quidem esse perfectior cognitione attingere unum tantum objectum; quia hoc arguit majorem efficaciam in cognitione: & consequenter se attingat infinita objecta, sic se invicem in perfectione essentiali excedentia: erit infinitæ efficacitæ, & proinde simpliciter infinita. Sed si attingat duo objecta, que sint plura pluralitate solum numerali, & materialia, non erit perfectior intrinsece, sed solum ex parte scitorum: & consequenter, si cognoscat infinita, talis excessus erit solum numeralis, & materialis, nec arguet efficaciam infinitam in cognitione. Ut enim ait S. Thom. Quæst. 20. de Verit. art. 4. ad 10. *Scientia quantitas, que attenditur per numerum scitorum, est ei quasi per accidens, & materialis, & præcipue quando in multis scitis est una ratio scientiæ: scens enim esset, si diversi rationibus cognoscerentur. Cum ergo omnia, que sciuntur a Christo, est infinita, sint infinita numero ex parte scitorum; & una sit ei ratio ea sciendi, nempe, essentia; seu Verbum divinum; & omnia claudantur intra terminos essentia finite, non sequitur, quod sit infinitæ efficacitæ, non simpliciter infinita.*

XVII. Ad tertiam, que potest esse replica, contra dicta; quia etiam omnia possibilis, contenta in omnipotentia Dei, est infinita secundum multitudinem, sunt tamen clausa intra terminos entis finiti, nempe, creatibilis; & tamen cognosci nequeunt per scientiam finitam, sed requirunt cognitionem, & lumen simpliciter infinitum. — Respondeo, quod cognitio omnium possibilium non solum diceret infinitatem ex parte numeri scitorum, sed etiam ex parte efficacitæ ipsius cognitionis. Collectio enim omnium possibilium, licet in esse rei non afferat infinitatem simpliciter; illam tamen afferit in esse objecti cognoscibilis in Verbo, & ex vi cognitionis Verbi: quia cognitio talis collectio, in Verbo non alter sequi potest, nisi ex comprehensione, & totali penetratione divinæ omnipotentia; & proinde habere debet efficaciam, & lumen infinitum. Secus est de creaturis finitis a Christo visis in Verbo: istæ enim neque in esse rei dicuntur infinitæ, neque in esse cogniti; quia non arguunt comprehensionem Dei, secundum essentiam infinitam. Unde S. Thom. citata Q. 20. de Verit. art. 4. in corp. *Sic igitur (inquit) anima Christi omnes creaturas, non solum quantum ad naturales proprietates, quod & Angeli habent: sed secundum quod substantia divina providentia ordinata in suam salutem humane, & adorum gratia. Et ideo scit omnia singularia & omnes singulares actus omnium, & cordis abscondita, quod de nulla alia creatura dicere oportet. Et quia non pergit ad comprehendendum ipsam divinam infinitatem, ideo remanet Deo facultas adhuc multa sciendi, quam ea, que anima Christi cognoscit.*

XVIII. An tamen ex modo dictis inferatur, omnia possibilis, saltem extra Verbum, cognosci per lumen simpliciter finitum: quia ut sic neque sunt infinita ratione essentia, neque includunt comprehensionem Dei. Aliqui admittunt. — Alii vero probabiliter negant. Ex his alii putant, quod ex cognitione creaturarum in se ipsis, adhuc sequeretur comprehensio divinæ virtutis, saltem a posteriori. Alii existimant, quod licet divinæ virtutis comprehensio non sequeretur; sequeretur tamen, in intellectu omnia possibilis cognoscere debere dari infinitas species: quod repugnat. Vel enim succederet a cognosceret: & sic nunquam finiretur talis omnium possibilium cognitio; quia infinitum non est pertransibile successive. Vel simul cognosceretur: & sic requireretur ad illa representanda infinitæ species in actu: cum nec una species, nec finitus numerus specierum, etiam universalium, possit ea representare; cum possibilis, in virtute Dei contenta, nedum infinita, sed infinitis infinita sint: infinitus autem numerus specierum in actu repugnat.

S. IV.

De illis, que continentur in Potentia Creatura.

XIX. Dico. Anima Christi, per scientiam beatam, cognoscit omnia, que continentur in potentia creaturarum, quas videt in Verbo. Ita S. Thomas, 3. part. quæst. 10. art. 2. Ubi cum præmississet, animam Christi non cognoscere, per scientiam beatam omnia, que sunt in sola potentia divina; quia hoc esse: comprehendere divinam virtutem, subiungit: *Quodam vero non solum sunt in potentia divina, sed etiam in potentia creatura: & hujusmodi omnia scit anima Christi in Verbo.*

Et probat hæc ratione. Anima Christi comprehendit in Verbo essentiam omnis creature, quam in Verbo cognoscit, & consequenter potentiam, & virtutem. Nam ejus lumen gloriæ, utpote omnium, citra infinitum, in activitate cognoscitiva, excedit omnem creaturam illi subjectam: sed qui comprehendit essentiam; ac virtutem causæ, cognoscit omnia, que in virtute talis causæ continentur; ergo &c.

S. V.

Objecta contra præsumptum Asseritum.

XX. Obijcies primo. Quæ sunt in potentia Dei, non sunt plura, quam ea, que sunt in potentia creaturæ; cum hæc sint infinita sicut illa, unum autem infinitum non est majus altero: sed anima Christi non potest scire in Verbo omnia, que sunt in potentia Dei; ergo nec omnia, que sunt in potentia creaturæ.

XXI. Respondeo cum D. Thom. citata 9. 10. a. 13. ad 3.

ma. Ad probat. dico, quod licet infinito simpliciter, & omnibus modis non possit dari majus; & ideo, quia corpus est ad omnem partem dimensionatum, si corpus esset infinitum, non posset dari corpus majus illo, nec possent dari plura corpora infinita: si tamen aliquod esset infinitum uno modo tantum, & in determinato ordine; esse non esset aliud majus in illo ordine, potest tamen accipi aliud majus extra illum ordinem. Sic si accipimus tres lineas, secundum longitudinem infinitas; protrahat in aliqua superficie, secundum latitudinem finitas; in una illarum non est aliquid majus omnibus partibus infinitis illam componentibus: in alia tamen linea, & in tertia erunt plures partes infinite præter istas: Et hoc etiam videmus in numeris accidere. Nam species numerorum parium sunt infinitæ, & similiter species numerorum imparium; & tamen numeri pares, & impares sunt plures, quam pares. Sic igitur dicendum est, quod infinito simpliciter, & quoad omnia, nihil est majus; infinito autem, secundum aliquod determinatum, non est majus in illo ordine, potest tamen accipi aliquid aliud majus extra illum ordinem. Per hunc igitur modum infinita sunt in potentia creaturæ; & tamen plura sunt in potentia Dei, quam in potentia creaturæ. Et similiter anima Christi scit infinita scientia simpliciter intelligentia; plura tamen scit Deus secundum hanc scientiam, vel intelligentiam modum. Quia scit omnia, que continentur in potentia creaturæ; & insuper etiam ea, que continentur in sola potentia sui: hæc autem animi Christi non sunt.

XXII. Obijcies secundo. Possibilia, contenta in potentia creaturæ, non pertinent ad statum Christi; ergo non est necesse, ut ea cognoscat per scientiam beatam. Ant. prob. Status Christi est status Judicis; sed Judici incumbit cognoscere quid fecerit iudicandus dignum præmio, vel supplicio, non autem quidquid facere potuisset; ergo &c.

XXIII. Respondeo, neg. antec. Ad prob. dico primo: statum Christi non esse statum Judicis tantum, sed etiam Capituli Universi, cui omnia sunt subiecta: idopone omnes creaturæ, & omnia contenta in virtute illarum spectant ad statum Christi; si non ut Judicis, ut Capituli Universi. Dico secundo: ad statum Christi Judicis Universalis pertinere, scire non solum ea, que homo fecit, vel omisit; sed etiam omnia opera, que poterat facere, & tenebatur facere, & non fecit, & omnes insuper circumstantias etiam possibilis.

XXIV. Obijcies tertio. Hæc, que continentur in potentia creaturæ, sunt infinita in potentia; sed infinitum in potentia adæquate cognosci nequit: sicut neque cognosci possunt partes continui, quia sunt, neg. min. Nam licet infinitum in potentia nequeat adæquate cognosci percurrendo, & numerando singula, & deveniendo ad ultimum; quia cum natura infinita sit, ut quocumque dato semper dabile sit aliud, & aliud sine termino, infinitum non est pertransibile; potest tamen infinitum in potentia in aliquo uno, in cuius potentia est, unico actu, & unitim adquiri, & comprehendi, ita ut nihil illius sit extra cognoscendum. Et hoc modo anima Christi cognoscit infinita illa, in potentia creaturæ contenta; quatenus illa unitim complectitur in potentia creaturæ, quam comprehendit in Verbo.

XXV. Respondeo, neg. min. Nam licet infinitum in potentia nequeat adæquate cognosci percurrendo, & numerando singula, & deveniendo ad ultimum; quia cum natura infinita sit, ut quocumque dato semper dabile sit aliud, & aliud sine termino, infinitum non est pertransibile; potest tamen infinitum in potentia in aliquo uno, in cuius potentia est, unico actu, & unitim adquiri, & comprehendi, ita ut nihil illius sit extra cognoscendum. Et hoc modo anima Christi cognoscit infinita illa, in potentia creaturæ contenta; quatenus illa unitim complectitur in potentia creaturæ, quam comprehendit in Verbo.

XXVI. Obijcies quarto. Quando dicitur, quod anima Christi comprehendit potentiam creaturæ; vel sermo est de potentia solum naturali, vel etiam de obedienciali: hoc secundum est falsum, primum autem non sufficit, ut dicatur cognoscere omnia; ergo &c.

Rursus: quando dicitur, quod anima Christi comprehendit potentiam creaturæ, & in ea cognoscit infinita: vel hæc sunt infinita secundum speciem, vel solum secundum numerum. Primum dici nequit: quia cum potentia creaturæ sit finita, nequit continere infinitos gradus perfectionis specie diversos. Secundum quoque est falsum: quia ad comprehendendam potentiam, non requiritur cognitio omnium essentiarum in particulari.

XXVII. Respondeo ad primum. Animam Christi comprehendere potentiam naturalem creaturæ, sive activam, sive passivam, non vero, obediencialem: hæc enim ad ejus statum non pertinet. Immo forte nulli creaturæ possibilis est, sed Deo soli; qui solus potentiam suam, & quidquid in quocumque ordine de creaturæ; & in creatura facere potest, comprehendit.

XXVIII. Ad secundum, etiam si aliqui aliter opinentur, dico, animam Christi cognoscere in potentia creaturæ, quam Dato enim, quod in potentia creaturæ, puta, Cæli, & materiz continentur infinitæ rerum species, quas Deus sui absoluta potentia potest ex illis educere, ac novas in infinitum species, illis utendo, creare: hæc tamen ad statum Christi non pertinent, cum ad illum solum pertineant illæ species, que in potentia creaturæ naturaliter de facto continentur, que finite sunt. Et ideo ad comprehensionem sufficit, ut illis cognoscat, & omnia insuper singularia, que sub illis continentur, quamvis numero infinita. Quamvis enim, ex vi comprehensionis, non requiratur omnium individuum, etiam possibilium sub qualibet specie, cognitio, ut in aliis beatis Angelis, & hominibus comitari; cognitio, ut in aliis beatis comprehensione Christi: qui cum omne non solum species, sed etiam individua ut Capituli subiecta sunt, debuit adeo excellens cognitio tribui; ut in potentia creaturæ omnia, etiam secundum individualitates eorum rationes, penetraret.

XXIX. Hinc sequitur, animam Christi claritas qualibet alia creatura divinam essentiam vidisse. Ita S. Thomas hæc quæst. 10. art. 4. his verbis: *Visto divina essentia convenit omnibus beatis*

beatæ, secundum participationem luminis, derivanti in eas a fonte Verbi Dei, secundum illud, Ecclesiasticus 1. v. 5. Fons sapientiæ Verbum Dei in excelis. Hinc autem Verbo Dei propinquius conjungitur anima Christi, quæ est unia Verbo in persona, quam quavis alia creatura: Et ideo plenus recipit influentiam luminis, in quo Deus videtur ab ipso Verbo, quam quantumvis alia creatura. Et ideo propter ceteris creaturis præfiliis videt ipsam primam veritatem, quæ est Dei essentia. Unde dicitur Joan. 1. Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum non solum gratia, sed etiam veritatis. Perfectius etiam quam Angeli, Quia, ut ibi, ad 2. docet, cum visio divinæ essentia excedat naturalem potentiam ejuslibet creaturæ: ideo gradus in ipsa ascendunt magis secundum ordinem gratia, in quo Christus est excellentissimus; quam secundum ordinem naturæ, secundum quem natura Angelica præferretur humane.

XXX. Quærit: An anima Christi comprehenderit vim infinitam in meritis?

Respondeo negative. Quia cum valor, & dignitas operum Christi includat formaliter ipsum Verbum, ut formam ea moraliter efficiens; non poterat ea in esse morali, & ut infinite meritoria comprehendere, nisi etiam Verbum ipsum comprehenderet. Quia ratione nec etiam comprehendere poterat omnes gradus possibilis in visione beatæ: ad hoc enim necessarium fuisset, ut comprehenderet augmentum luminis gloriæ, & omnes gradus in illo possibilis in infinitum, & divinam essentiam, ut unibilem infinitis intellectibus possibilibus.

DUBIUM III.

An cognoverit Anima Christi, per Scientiam Infusam, omnia Naturalia?

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Dico. Anima Christi per scientiam infusam cognovit omnia entia naturalia, sive materialia, sive spiritualia; non solum secundum rationes communes genericas, vel specificas, sed etiam distincte, & secundum propriam ac distinctam ejuslibet individuationem. Ita ex S. Thom. 3. part. quæst. 11. art. 1. cuius ratio est. Quia, ex dictis supra, quod 9. art. 1. conveniens fuit, ut anima Christi omnino perfecta esset per hoc, quod omnis ejus potentialitas, sive naturalis, sive obediencialis sit reducta ad actum, saltem per cognitionem objectorum naturalium: deum enim, ut haberet scientiam excellentiorem Angelis. Si enim, teste Dionysio, c. 7. de Calisti Hierarch. Christus, ut homo, docuit Angelos; debuit habere scientiam excellentiorem illis; non solum beatam, quia per hanc nullum docet; ergo sicut Angeli, per scientiam inditam, cognoscunt omnia objecta naturalia distincte, & in particulari, secundum proprias eorum individuationes; a fortiori hæc omnia cognoscere debet anima Christi, per scientiam infusam.

II. Secundo probatur, præsertim quoad singularia. Scientia singularium, ut docet S. Thom. hoc 2. ad 3. maxime pertinet ad perfectionem animæ intellectivæ; secundum cognitionem prædicam, que non perficitur absque cognitione singularium, in quibus est operatio, ut dicitur in 6. Edit. c. 7. Unde ad prudentiam requiritur memoria præteritorum, cognitio presentium, & providentia futurorum, ut Tullius dicit in sua Brev. (lib. 2. de Invent.) *Quia igitur Christus habuit plenitudinem prudentia, secundum donum consilii; consequens est, quod cognoverit omnia singularia, præsentia, præterita, & futura.*

Quod vero hæc scientia clare, & distincte cognoverit etiam Angelos, probat ex S. Thom. art. 1. citato, ad 2. sic. Quod anima humana in statu hujus vite non possit intelligere clare substantias separatas, ex eo procedit, quia est quodammodo ad corpus obligata, ut sine phantasmate intelligere non possit: ceterum, post statum hujus vite, soluta a corpore poterit per se ipsam substantias separatas cognoscere: sed Christus ante passionem non solum erat viator, sed etiam Comprehensor; ergo anima ejus poterat cognoscere substantias separatas, per scientiam infusam, sicut per scientiam beatam cognoscebat Deum.

Ex quo fit, quod etiam omnia singularia, & quæcumque speculabilia, scientia infusa, cognoscebat, non minus; sed multo melius; quam ea cognoscant Angeli, & altiori lumine: immo & ipsos Angelos, clare, & distincte comprehendendo eorum naturas, & incendo eorum existentiæ, & operationes melius, quam ab anima separata; & ab ipsis Angelis cognoscantur. Et rationem omnium dat Apostolus, dum, 1. Cor. 15. v. 26. & 27. dicit, Deum Christo subjecisse omnia, præter eum, qui subiecit ei omnia.

III. Porro: quod scientia hæc infusa sit supernaturalis, non impedit, quin entia naturalis per eam cognoscantur; immo facit, ut cognoscantur altiori modo. Quia, ut docet S. Th. 1. contra Gent. c. 65. *In omnibus virtutibus ordinatis communiter inventuris, quod virtus superior ad plura se extendit, & tamen multiplicat respectu illarum, ut patet in imaginatione, & sensu. Nam una vis imaginativa se extendit ad omnia, que quinque virtus sensuum cognoscunt, & ad plura. Ex quo infert, quod vis cognoscitiva in Deo, cum sit superior, quam in homine, quidquid homo diversis viribus cognoscit, intellectu, imaginatione, & sensu, hoc Deus uno & simpliciter intuitu cognoscit. Servata ergo proportione, cum*

Grego Theol. Tom. III.

scientia infusa sit superior ad omnes scientias naturales; illa unice existens plura attingere poterit, quam iste multiplicata, nimirum, omnia eorum objecta, & multo plura. Licet enim scientia naturalis non possit ens supernaturalis attingere; quia proportio inter scientiam, & objectum est, quod scientia non excedat ab objecto, excessu saltem gradus, vel ordinis: scientia tamen supernaturalis cognoscere potest objecta naturalia, ut patet in scientia beata, que supernaturalis est; & tamen in Verbo omnia etiam naturalia attingit, sed altiori lumine, quam ipsa potant cognosci: & ideo modo non ipsis conaturali, sed supernaturali. Ita scientia animæ Christi attingebat objecta naturalia supernaturali modo, non conaturali, quia attingebat ea, non per species ipsis conaturales, & ab eis acceptas, sed derivatas per claram revelationem a Deo: neque ordini naturali eorumdem alligatas, quia illa etiam, ut latentia in cordibus agentium liberorum, & ut contingenter futura, attingere poterat, ut dicemus; quod naturaliter fieri nequit.

IV. Ex dictis colligi potest, immerito asseruisse Scotum, scientiam infusam animæ Christi, ut versatur circa res naturales, solum differre ab acquisita, sicut visus datus, vel congenitus a natura, vel per miraculum relictus. Nam visus, sive congenitus, sive relictus idem est, quoad objectum formale; & ille modus, quo datur a Deo per miraculum, est illi profus accidentalis. At scientia per se infusa, & acquisita differunt in modo conaturali productionis: quia illa per se potest fieri per infusionem a Deo, ista per comparationem ab objectis. Differunt ulterius in modo procedendi, & consequenter ex parte objecti formalis. Quia scientia infusa licet eadem objecta materialia attingat, que scientia acquisita; ea tamen attingit altiori, & eminentiori modo, & sub altiori lumine. Sicut eadem res materialiter ab intellectu humano, & angelico cognoscitur per scientias species diversas; quia habet manus per species acceptas a rebus, & limitatas; angelicus per species infusas, & universales, cognoscunt. Videantur dicta, Quæst. præced. Dub. 5. S. 3. in 10.

S. II.

Objectionum Solutio.

V. Obijcies, maxime contra cognitionem singularium per scientiam infusam, primo. Nam hæc est superflua in anima Christi: quia ea jam cognoscebat per scientiam beatam.

Secundo. Erat inutilis ejus intellectui; quia cognitio individuatorum, maxime materialium, non perficit intellectum, ut docet S. Thomas, 1. part. q. 12. a. 8. ad 4.

Tertio. Est impossibilis: quia argueret in intellectu Christi infinitas species, sicut sub qualibet specie infinita sunt individua saltem possibilis.

Quarto. Quia scientia infusa, utpote altior, & perfectior, versari debet circa perfectius objectum; ergo non circa singularia materialia, & contingenter: unde solet dici, quod scientia non est singularium.

VI. Respondeo ad singula. Ad primum, nego antec. Cognitio enim objectorum naturalium, & maxime singularium, non fuit in Christo superflua, immo necessaria ad explendam potentiam, & capacitatem animæ Christi; ut scilicet, ea cognosceret non solum in Verbo, per scientiam beatam, sed etiam in proprio genere; & non solum secundum se, qualiter ea cognoscebat per scientiam acquisitam: sed etiam secundum altorem modum, ut nempe, omni modo cognitionis ea cognosceret.

VII. Ad secundum respondeo cum S. Thom. hæc 3. q. 9. 11. a. 1. ad 3. quod licet cognitio singularium non pertineat ad perfectionem animæ intellectivæ, secundum cognitionem speculativam; pertinet tamen ad perfectionem ejus, secundum cognitionem prædicam, que non perficitur absque cognitione singularium, in quibus est operatio. Cumque cognitio prædicam spectans ad prudentiam, supponat notitiam speculativam singularium; ut ex memoria præteritorum, cognitione presentium, & præsentia futurorum procedat ad rectum consilium, per Synthesim, ad rectum Judicium per Games, & ad rectum imperium, qui est proprius actus prudentiæ; ideo hæc notitia ad prudentiam prærequiritur, que in nobis habetur per species acceptas a rebus; quia in nobis est prudentia acquisita, in Christo, in quo erat prudentia infusa, haberi debuit per scientiam infusam.

VIII. Ad tertium nego sequelam. Nam per speciem infusam, representantem naturam specificam, representari possunt omnia individua sub ea contenta, omnes illorum affectiones, & accidentia; ut de speciebus angelicis dici solet. Unde non est necesse, ut scientia infusa animæ Christi utatur infinitis speciebus ad cognoscenda individua; si essent infinita. Et ratio est: quia species infusa, cum non sit accepta ab objectis, sed exemplata a divina essentia, que una existens distincte res omnes, & eorum conditiones representat; consorsio est, ut species ab ea exemplatæ id saltem participant; ut quælibet illarum representent speciem cum omnibus, in quibus potest materialiter multiplicari.

IX. Ad quartum dico, quod scientia infusa, ex quo altior est, debet habere altius objectum formale, & altius lumen. Sed hoc non prohibet, quin etiam possit attingere singularia, & objecta materialia; cum etiam attingantur a scientia beata; immo & a divina; ut docet S. Th. 1. part. q. 14. a. 11.

X. Obijcies secundo. Non est necesse, ut omnis potentialitas animæ Christi, etiam obediencialis, reducat ad actum: ita ut carentia talis actus inducat imperfectionem. Nam

In gradu, nequit. etc. conc. rñj. Inferius tantum in entitate specifica, æquale vero in gradu perfectionis, nequit. etc. nego maj. & dist. min. nego. conf. Ad quidditativam ergo cognitionem, imo & comprehensivam, non requiritur adequatio inter cognoscentem, & cognitum in entitate, & perfectione specifica, ut supra dictum est: & ulterius patet in lumine gloriæ, & visione beatæ, quæ attingunt quidditative Deum in se; & tamen in perfectione specifica cum Deo non conveniunt; & in Angelo inferiori, qui etiam comprehendit superiorem: sufficit ergo convenientia in genere, & in gradu. Cumque in hoc conveniat scientia infusa animæ Christi, quæ supernaturalis est, & cujus species, a divina essentia exemplata, dicunt proportionem habitudinis ad ens supernaturale; in quo genere continentur lumen gloriæ, & visio beatæ: hinc fit, quod licet in entitate, & perfectione specifica excedatur, adhuc possit illa quidditative cognoscere, imo, & comprehendere. Non sic tamen lumen naturale, quod excedit a quocumque ente supernaturali, excessu, nedum entitativo, & specifico, sed etiam ordinis, & habitudinis, unde neque, quoad an est, potest ens supernaturale, saltem in particulari, lumine naturali attingi.

XI. Replicabis. Quidquid sit de lumine gloriæ, & visione beatæ, saltem unio hypostatica excedit, excellit ordinis, scientiam infusam animæ Christi: ergo saltem hanc non potest Christus, per scientiam infusam, quidditative, & multo minus comprehensive, cognoscere. Ans. probatur. Quia unio hypostatica est in ordine hypostatico; quæ unio superior est ad ordinem supernaturalem, in quo est scientia animæ Christi infusa, nisi respondens, quod ordinem hypostaticum excedit quidem ordinem supernaturalem, excessu entitativo, & specifico, non autem excessu generico, & habitudinis: quia ordo hypostaticus continentur, ut species, sub genere entis supernaturalis: & proinde scientia infusa præstet illam attingens.

XII. Si respondas, quod ordinem hypostaticum excedit quidem ordinem supernaturalem, excessu entitativo, & specifico, non autem excessu generico, & habitudinis: quia ordo hypostaticus continentur, ut species, sub genere entis supernaturalis: & proinde scientia infusa præstet illam attingens.

XIII. Contra est. Non minus elevatur ordo hypostaticus supra ordinem gratiæ, & puræ supernaturalis, quam ordo gratiæ supra ordinem naturæ: neque minus unio distat ab alio, quam alter: sed quod est in ordine naturæ, nequit attingere id, quod est in ordine gratiæ; ergo neque id, quod est in ordine gratiæ, valet attingere id quod est in ordine hypostatico.

XIV. Respondet, maj. esse veram de excellit entitativo, non vero de excessu habitudinis: excessus autem entitativus objecti, si non claudat excessum habitudinis, non impedit cognitionem sui quidditativam. Deus enim, ut est in se est ordinis superioris ad lumen beatificum; & distantia entitativa plus distat ab illo, quam gratia a natura, & Angelus a potentia viviva; & nihilominus potest Deus quidditative cognosci per lumine gloriæ; non vero gratia per lumen naturæ. Angelus per potentiam vivivam. Et ratio est: quia licet Deus plus distet a lumine gloriæ, quam gratia a natura, & Angelus a potentia viviva, non tamen distat distantia habitudinis. Quia Deus, utpote ens supernaturalis, continentur intra ens, quod est objectum intellectus nostri, & luminis gloriæ: adeo ut constanter ex intellectu, & lumine gloriæ dicat ordinem, & habitudinem ad Deum, ut est in se, tanquam ad proprium objectum. Non sic gratia continentur sub objecto luminis naturalis, aut Angelus sub objecto potentie vivivæ. Cum ergo ordo hypostaticus, licet plus distet, & excedat entitativo ordinem gratiæ, quam ordo gratiæ ordinem naturæ; non tamen distat distantia, aut excellit habitudinis: quia ordo hypostaticus continentur sub ordine gratiæ, & intra objectum luminis supernaturalem. Unde fit, ut possit per scientiam infusam supernaturalem quidditative cognosci; non sic per scientiam naturalem ordo gratiæ, seu objectum supernaturale.

XV. Quidam. An anima Christi per scientiam infusam cognovisset Deum, ut Trinum, quoad an est? Respondet affirmative. Tum quia: Christus, ut viator, habebat aliquam notitiam Sanctæ Trinitatis: hanc autem non habebat per scientiam beatam, quia hanc non habebat, ut viator: neque per fidem, que in illo non fuit; ergo habebat per scientiam inditam. Tum quia: Christus poterat rogare, & sapienter rogabat Patrem; ergo Patrem cognoscebat. Tum quia: merebatur per amorem, pietatem, & obedientiam erga Patrem; qui actus non dirigebantur per scientiam beatam, que non est regula, nisi amoris necessarii; ergo per scientiam inditam. Tum quia: ex dictis, per scientiam inditam cognoscebat quidditative lumen gloriæ, & visionem beatam, que respiciunt Deum, ut Trinum: non potest autem quidditative cognosci habitus, & actus illius, nisi cognosceatur, quoad an est, terminus, ad quem dicitur habitudinem. Tum quia: ut docet S. Th. hoc. art. 1. anima Christi per hanc scientiam cognoscebat omnia, que per revelationem nobis innotescunt: inter hæc autem est Mysterium Trinitatis.

XVI. Nota tamen: quod dum dicimus, animam Christi cognovisse Trinitatem per speciem visionis, luminis gloriæ, aut etiam unionis hypostaticæ; ea non sumimus, quatenus sunt effectus Dei. Ut sic enim non representant, nec ducunt in cognitionem Dei, ut Trinum; quia nullus effectus a Deo, ut Trinus, ad extra procedit. Sed ea sumimus in ratione specifica propria: quia cum secundum hanc dicant habitudinem ad Deum, ut Trinum, ut ad terminum, & objectum: anima Christi per scientiam inditam cognoscebat lumen gloriæ, beatam visionem, & unionem quam ut ad terminum specificativum ordinantur. Unde per horum cognitionem, licet per impossibile non dimanaret a Deo, adhuc per illa tres divines Personæ cognoscerentur: quia ex sua ratione specifica connexionem habent cum Deo, ut Trinus, non ut a quo sunt, sed ut ad quem sunt.

D U B I U M V.

Varia dicitur Modum, & actus Scientia Indita Animæ Christi.

S. I.

An hæc Scientia uteretur convertendo se ad Phantasmata?

Deo. Anima Christi uti poterat scientia indita sine, vel cum conversione ad phantasmata, pro suo beneplacito. Priorem partem docet S. Thom. 3. part. quæst. 11. art. 3. & probat primo, in arg. Sed contra. Nam anima Christi, per hanc scientiam, cognovit quædam, que per phantasmata cognosci non possunt, scilicet, substantias separatas; ergo potuit intelligere, non convertendo se ad phantasmata. Deinde in Corp. hanc rationem tradit. Nam licet Christus fuerit viator, fuit tamen simul Comprehensor; ergo sicut anima beatæ, licet unice corpori, quia tamen non sunt subditæ corpori, quoad modum operandi, ideo possunt intelligere sine conversione ad phantasmata; ita & anima Christi.

II. Si autem dicas. Corpus Christi, dum erat viator, non habuit dotes corporis gloriosi; ergo non erat plene subditum animæ; ergo non est per ratio de Christo, ac de beatis post resurrectionem.

Respondet, neg. conf. Id enim, ratione cujus intellectus habet tale dominium supra corpus, ut possit intelligere sine dependentia a phantasmatis, & phantasia, est lumen gloriæ, ipsum confertans ad sublimem modum intelligendi, ut docet S. Thom. in 4. dist. 439. q. 4. art. 3. quæst. 1. ad 3. lumen autem gloriæ in Christo viatore fuit perfectissimum.

III. Secunda autem pars probatur. Quia anima Christi licet non fuerit corpori subdita, erat tamen corpori unita, & corpore ad nutum utebatur; ergo poterat uti specie infusa, accommodando illam ad modum corporis, & permitiendo, ut uti cogitatio phantasia excitaret in intellectu cognitionem circa objectum, quia intellectus specularetur illud, ut involvatur phantasmatis; quo pacto proportionem intellectus in statu unionis ad corpus. Et hæc, quoad præsens, est conversio ad phantasmata, que potest convenire Christo utenti scientia infusa.

Neque obstat, quod species scientiæ infusæ non sunt proportionatæ phantasmatis, cum ab illis non sint acceptæ, sed a Deo. Nam ex hoc sequitur quidem, eas non esse quædam phantasmatis ex necessitate, non tamen, quod si Christo placuisset uti illis, eas accommodando modo proprio corporis, cui anima illius erat unita; non potuisset intellectus ejus excitari a phantasia, ad utendum illis, & sic speculari objectum phantasmatis involvitur: quod esset, uti illis non perfectæ, & naturali modo illarum, sed modo naturali corporis.

IV. Adverto tamen: animam Christi potuisse quidem in scientia infusa permittere conversionem ad phantasmata, cum cognoscebat res materiales: quia illa hoc modo a nobis quidditative cognoscuntur: scus tamen dum cognoscebat res spirituales. Quia si hæc in phantasmatis involvitur intellectus, non attingit quidditative, sed abstractivè, & comparative, sicut nos viatores.

S. II.

An tali Scientia uti poterit componendo, & discurrendo?

Deo cum S. Thom. 3. part. quæst. 11. art. 3. quod scientia infusa animæ Christi, quantum ad sui acquisitionem, non fuit, nec potuit esse collativa; ad discursivam fuit enim illi divinitus per se infusa. Non per investigationem rationis acquisita. Quoad usum tamen potuit esse, & fuit collativa, & discursiva: Sicut interduo scientes ex causis conclusiones efficiunt, non ut de novo addiscant, sed volentes uti scientia, quam jam habent, et hæc modo scientia animæ Christi poterat esse collativa, & discursiva: poterat enim ex uno aliquid concludere, sicut sibi placebat. Sicut, Matth. 17. cum Dominus quassisset a Petro, a quibus Reges terra tributum acciperent; a filijs suis, an ab alienis; Petro respondente, quod ab alienis concludit: Ergo liberi sunt filii.

VI. Si autem dicas. Hæc scientia infusa erat ad modum scientiæ Comprehensorum, qui in modo cognoscenti Angelis conformantur, ut dicitur Matth. 22. sed Angelorum scientia non est discursiva, aut collativa; ergo &c.

Respondet cum S. Th. citato, art. 3. ad 3. Beati confirmatur Angelis, quantum ad dona gratiarum; manet tamen differentia, que est secundum naturam. Et ideo uti collatione, & discursu est connaturale animabus Beatorum, non autem Angelis. Quare cum anime Beatorum erunt corpori unitæ, uti poterunt collatione, & discursu in scientia infusa; multo ergo magis uti poterat anima Christi, dum erat in via.

VII. Ex his infero cum S. Thom. citato, art. 4. scientiam infusam animæ Christi, quoad aliquid, fuisse magis perfectam scientia Angelorum; quoad aliquid minus perfectam. Si enim consideretur secundum illud, quod habuit a causa influente: Scientia indita animæ Christi fuit multo excellentior, quam Angelorum scientia, & quantum ad multitudine cognitionum, & quantum ad scientiæ certitudinem: quia lumen spirituales gratiæ, quod est inditum animæ Christi, est multo excellentius, quam lumen, quod pertinet ad naturam Angelicam. Quantum autem ad id, quod habuit ex subiecto recipiente: Scientia indita animæ Christi est infra scientiam angelicam, scilicet, quantum ad

ad modum cognoscendi, qui est naturalis anima humana; qui scilicet, est per conversionem ad phantasmata, & per collationem, & discursum.

S. III.

An dicitur Scientia fuerit habitualis, & unus habitus?

VIII. Deo primo cum S. Thoma, laudata quæst. 11. art. 5. hanc scientiam inditam fuisse in Christo, non solum per modum actus, sed etiam per modum habitus. Erat enim in anima Christi secundum modum ad convenientem, & connaturalem, qui est modo esse in actu, modo in potentia, ut sibi placuerit: medium autem inter puram potentiam, & actum completam est habitus; ergo scientia indita animæ Christi fuit per modum habitus, & poterat ea, vel uti, quando volebat, vel quando volebat, non uti. Adde: quod anima Christi facillime, prompte, ac delectabiliter hac scientia utebatur; ergo illam habebat per modum habitus, cujus effectus est dare subiecto promptitudinem, & facilitatem ad agendum.

IX. Adverto tamen: quod esse anima Christi poterit cessare ab actu istius scientiæ, si voluerit: credibile tamen est, nunquam cessasse, sed semper fuisse in vigilia, & in actu, non solum secundum scientiam beatam, verum & infusam; quæ semper aliquid actu considerabat, & foras omnia, que ad statum ejus pertinent, quatenus constitutus est Judex omnium. Non enim a continuo usu hujus scientiæ impediatur, per scientiam beatam; neque in usu illius a corpore dependebat: sed absque ulla corporis defatigatione, si volebat uti hac scientia, poterat, & de facto utebatur.

X. Dico secundo cum eodem S. Doctore, ubi ar. 6. hanc scientiam distinctam fuisse per diversos habitus. Nam scientia indita animæ Christi habuit modum connaturalem animæ humanæ. Est autem connaturale anima humana, ut recipiat scientiam in minori universalitate, quam Angeli: ita scilicet, quod diversis naturæ species per diversa species intelligibiles cognoscatur. Ex hoc autem contingit, quod in nobis fuit diversi habitus scientiarum, quæ sunt diversi scilicet generis in quantum scilicet ea, quæ reducuntur in unum genus, eodem habitu scientiæ cognoscuntur. Ita S. Thom. Ex quibus colligo: quod licet in nobis non quæquam specierum diversitas multiplicet habitum; sed solum ea, que representat plura, ut non convenientia in uno genere scilicet; que enim in unum ge-

mus reducuntur, ad eundem habitum pertinent: ita & in Christo.

XI. Sed dices primo. Divina essentia universaliori modo communicatur animæ Christi, quam Angelo: cur ergo universaliori modo ei non communicatur species infusæ?

Secundo. Species infusæ anime Christi sunt, quoad substantiam, supernaturales: species vero infusæ Angelis sunt naturales; ergo illa perfectiores, & proinde universaliores sunt illis, quia perfectio specierum in universalitate consistit.

Tertio. Si Deus infundens tales species non se accommodat conditioni subiecti, quoad perfectionem earum; ita ut subiecto minus perfectio infundat minus perfectam speciem: cur dicendum erit, quod sic se accommodat, quoad minorem universalitatem?

II. Respondet ad primam instantiam, rationem esse: quia divina essentia in ratione speciei non est multiplicabilis, & divisibilis, sicut sunt species infusæ, quæ creatæ: & ideo illa non potuit perfectiori modo uniri anime Christi, quin uniretur modo universaliori.

III. Ad secundam, nego. conf. Nam supernaturalitas specierum unice sumitur ex parte Dei infundentis: & ex hac parte species infusæ anime Christi ad plura se extendebat, & clariori modo ea representabant, quam species angelicæ. Ac universalitas specierum attenditur ex conditione subiecti recipientis species; cumque conditio anime humanæ sit, recipere species in minori universalitate, quam Angeli: ideo species anime Christi non erant universaliores, nec ex hac parte perfectiores: Unde Sanctus Thom. ibi ad 1. Scientia (inquit) animæ Christi est perfectissima, & excedit Angelorum scientiam, quantum ad id, quod consideratur in ea, ex parte Dei influentis: est tamen infra scientiam angelicam, quantum ad modum recipientis. Et ad hujusmodi modum pertinet, quod scientia illa per multos habitus distinguatur, quæ per species magis particulariter existunt.

IV. Ad tertiam dico, rationem esse, quod substantiam, & supernaturalia nulla connexio est, quoad substantiam perfectionis supernaturalis: sed ita unice pensatur ex virtute cause superioris supernaturalis infundentis: unde natura inferiori potest Deus dona supernaturalia perfectiora communicare, ut patet in unione hypostatica. Quoad ordinem tamen, & modum communicandi, inter modum, quem Deus servat in communicatione talium donorum, est talis connexio cum natura, cui communicantur; ut, quantum fieri potest, illi se accommodet; universalitas autem speciei pertinet ad modum communicandi; & ideo accommodatur conditioni naturæ.

TRACTATUS TERTIUS DE GRATIA CHRISTI.

Perfectiones, que conveniunt anime Christi, secundum partem intellectivam, præcedente Tractatu examinavimus. Nunc eas, que animam ejus ornabant, & secundum partem volitivam, agredimur. Et quæ istarum prima radix est gratia habitualis, quæ anima constituitur sancta, & Deo gratia; ideo de ista specialiter sermo erit: deinde de virtutibus, & donis ipsam consequentibus. Porro: quia Christus considerari potest, & ut homo particularis, & ut Caput morale nostrum; & in utroque genere habet sanctitatem, & gratiam: ideo de gratia ejus, ut singularis hominis, prius agemus: deinde de gratia ejusdem, ut Capitis nostri, tractabimus duabus sequentibus Quæstionibus.

QUESTIO I. De Gratia Christi, ut est Singularis Homo.

Duplicem in Christo, ut singulari homine, gratiam considerare possumus: nimirum, gratiam unionis, quæ ejus humanitas in esse personali unita fuit Verbo divino; & gratiam habitualis sanctificans ejus animam, & radicans in eo omnes virtutes. De his ergo sermo erit.

D U B I U M I.

An in Anima Christi fuerit Scientia habitualis?

S. I. Resolvitur Dubium.

I. Duplex, ut diximus, Tom. 1. in 1. 2. distingui solet gratia. Una habitualiter in anima permanens, eamque reddens formaliter sanctam, & divine nature participem; que dicitur gratia habitualis. Alia actualis, & transiens, que datur hic, & nunc ad eliciendum actus supernaturalis; ut gratia, que datur peccatori, ut eliciat actum contritionis. De hæc secunda in præsens non agimus; sed de prima, que non esse solum extrinsecam imputationem sanctitatis; quæ Deus

Sanctus est; sed esse sanctitatem anime a Deo infusam, eique intrinsece inherentem, non mere favorem Dei extrinsecum, de fide tenendum est, ex Tridentino, Sess. 6. Cap. 10. & 11. & citato Thom. 1. in 1. 2. fult. ostendimus.

Hunc ergo gratiæ accidentalis habitum, ut superfluum in anima Christi, quidam Theologi abiecerunt; quia omnis effectus communicabilis, per hanc gratiam, perfectiori modo in communicatur per gratiam unionis substantialis cum Verbo divino. Vera tamen, & communis sententia eam in Christo admittit: ut oppositum asserere, ad minus temerarium sit.

II. Dico ergo. In anima Christi fuit gratia habitualis. Ita S. Thom. 3. part. quæst. 7. art. 1. Er probat 1. ex illo Ista, 11. Requiescit super eum spiritus Domini: sed Spiritus Domini dicitur requiescere in homine per gratiam habitalem; ergo &c.

Deinde probat S. Doct. triplici ratione. Primo sic: Quæcumque aliquid receptivum est propinquius cause influenti, tanto magis participat de influenza ipsius: sed influxus gratiæ est a Deo, secundum illud, Psalm. 83. Gratiam, & gloriam habet Dominus: anima autem Christi erat summo modo, quia hypostaticè, conjuncta Deo; ergo maxime participabat de influxu gratiæ. Confirmatur. Anima Christi, ex vi unionis, debita erant omnia dona supernaturalia, quorum erat capax: sed primum, quod est radix omnium donorum supernaturalium, est gratia habitualis, sicut natura est radix omnium operationum naturalium, & anima Christi ejus erat capax; ergo &c.

III. Secundo. Anima Christi propinquissime attingebat Deum per cognitionem, & amorem: ergo debebat in ea esse aliquod principium eam elevans ad tales actus: sed hoc non poterat esse anima, secundum sibi connaturalia, & propria, ut certum est: neque poterat esse gratia unionis, quæ elevat quidem animam Christi ad esse personale divinum, & constituit principium Quod operativum; sed non elevat formaliter potentias operativas, vel proximas, vel radicales, que sunt principium Quo: unde gratia unionis datur ad esse, non ad operari; ergo remanet, ut elevetur per gratiam habitalem, que est radix, & principium Quo operandi in ordine supernaturali.

IV. Tertio. Quia anima Christi debebat gratiam communicare aliis, per modum Capitis, Jo. 1. v. 16. Et de plenitudine ejus omnes accepimus, & gratiam pro gratia: ergo oportebat, ut haberet gratiam in aliis redundantem. Erat enim Mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, 1. ad Timot. 2. vers. 3. Sed